

Faint handwritten text at the top center of the page.

Faint handwritten text in the top right corner, possibly bleed-through from the reverse side.

XXXI, 3
27/ Nov 23 Nov Philipp II v. Lantier
zu Gaisau bei Koenigsma Plattau

Morbis 30 (24)

Morbis 30 (24)

Faint handwritten text in the bottom right corner, possibly bleed-through.



P H I L I P P V S

Dei gratia R. ex Castellae, Legionis, Aragonum, vtriusque Siciliae, Hierosolym, Portugaliae, Navarrae, nec non Indiarum C. A. Archidux Austriae, Dux Mediolani, Burgundiae, et Brabantiae, Comes Hasspurgi, Flandriae, et Iherosolym. C. P. cognoscimus, et notum facimus tenore presentium universis. Quamvis vera nobilitatis origo a virtute tanquam a fonte emanet, merito quoque hoc ipsa se exornare, recte fatiit, et gratis in nos obsequio plene gradu ad nominis sui decus, et ornamentum tendere percipimus, gratissime subinde prerogatiuis, novis dignitatibus titulis affluendis iudicamus. Quare cum pro parte admodum R. in C. P. Parisiensi Platti Cardinalis amici nostri charissimi supplicatum nobis fuerit, ut persequi preclarae suae familiae meriti, et obsequio nobis, et maioribus vis, iam olim praestitis Magnificum nobis dilectum **HIERONIMUM PLATTUM** suum ex parte nepotem Comitis tituli, atque honore condonare dignemur, neque nos fugiat quantum antiquitatis, et splendoris nobilitatis familiae Platti saepe assent, quam plurima, gratias obsequio tui in pace, quam in bello Regiae coronae nostrae spondae, et fideliter ab ipsa exhibita, et praesertim in illa memorato digno navali bello, recte perpendamus praedicti Cardinalis in nos singularem animi provisionem, quam in omnibus ad nostrum ministerium spontaneis semper ostendit, dictum nepotem in his memorato Cardinali, ipseque maioribus quam singulorum se in futurum san pro aris habeamus, cur, ut quam accepta omnia praedicta obsequia fuerint, munificentiae nobis beneficium premererint extendamus, petitioni praedictae libentissime annuendum duximus, terram Carpignani, quam praefatus Hieronimus Plattus in statu, ac Dominio nro Mediolanensi in feudum a nobis Regiae, et Ducali Camera ma. legitime tenet, ac possidet Comitatus dignitate, et prerogativa insistentiam, decorandam duximus. Tenore igitur presentium ex auctoritate sanctae Regiae, et Ducali auctoritate nra. deliberata, et consilio, motu proprio, ac ex gratia speciali, matureque Sacri nostri Supremi consilii auctoritate deliberatione praedictum feudum, et terram Carpignani cum plena ipsius iurisdictione, more maiori Imperii, et gladius potestate in comitatus titulum erigimus, decoramus, et insignimus, ipsum **Hieronimum Plattum**, ipsius heredem, et successores masculos legitime matrimonio natos, et natos, utroque ordine primogeniture servato, iuxta formam decretarum, et constitutionum praedicti Status, ac Dominii nri Mediolanensis Comitis Carpignani eramus, confirmamus, nominamus, et solemniter ordinamus, atque ab omnibus, et alijs quibuscumque acti, et scripturis tam publicis, quam privatis, et cunctis alijs quocumque, et parte diei, et nominari, ac populi reputari volumus, et iubemus. Quod nonnulli huiusmodi conceptionem, creationem, et creationis Comitatus, ac in praesentibus, et in omni futuro tempore valere, tenere, effectum sortiri, et observari ab omnibus debere suppliciter quocumque defectus tam iuris, quam facti, et cuiuscumque alius solemnitate inherentes, et extrinsecas, ac formales a iure, vel consuetudine requisitas, siquis fuerit in praesentibus, aut praesentibus aliquo intervenissent, aut intervenissent, et allegari quocumque modo possent. Non obstantibus iuribus, et conditionibus facientibus, et signanter ordinibus dicti Status, siquis fuerit huiusmodi conceptioni, creationi, et creationis obviare possent, quibus omnibus, et singulis, eorum tenore die pro iure, et specifico annotatis Sabori volente, etiam si talia essent, qua specialiter, et individualiter mentionem exerceant, et in parte, et quocumque effectum iuris nrae gratiae, et concessionis derogamus, et derogatum esse volumus, quocumque alia vis omnia, et singula in his semper valere, et firmitate permanere. Mandantes propterea Illis. Tutoribus nris, presentibus, et futuris, Praesidi, et Senatori Praesidibus, et Magistris vtriusque Magistratus, Thesaurario nostro generali, ceterisque officialibus, et subditis nostris Mediolanensis Dominii, ut praefatum Hieronimum Plattum, ipsius heredem, et successores (ut supra) pro Comitibus dictae terrae, et feudi Carpignani darent, tenent, respectant, honorificent, atque tractent, ab alijs omnibus Sabori, tenent, honorificent, respectant, et tractent, et in iure Comitis dicti nri Status, ac Dominii Mediolanensis numerent, et suum locum, gradum, et praesententur qualiter ad eum, iure successores iuris, et legitime pertinentibus obtemperant. Itaque nobis inviolabiliter observent, et exequantur, observant, et exequi faciant perque decet. Nulli ergo omnino hominum licet hanc nrae concessionis, creationis, et creationis Comitatus tituli paginam infringere, aut quovis modo temerario contraire sub gravissima indignationis nrae, nec non marcharum centum auri puri pena totius quoque contrarietate fuerit, quarum dimidiam Regiae, et Ducali Camera, seu camera nra Mediolanensi, alteram vero partem laesae irreversibiliter applicandam sancimus. Haec nrae testamento legitime manu nra subscriptarum, et sigilli nri appensione munitarum. Datis in Roma nra Regia del Parado die vigesima tertiae Mensis Novembris Anno a Nativitate Dni. millesimo sexcentesimo trigimo.

dupp.

[Handwritten signature]

*Almandatum Regiae et
Catholicae Majestatis procerum
Comitatus Carpignani*

Dei gratia R. ex Castellae, Legionis, Aragonum, vtriusque Siciliae, Hierosolym, Portugaliae, Navarrae, nec non Indiarum C. A. Archidux Austriae, Dux Mediolani, Burgundiae, et Brabantiae, Comes Hasspurgi, Flandriae, et Iherosolym. C. P. cognoscimus, et notum facimus tenore presentium universis.

Titulo de Conde de Carpignano en el Estado de Milan en persona de Hieronimo Platto

dupp.

Consultado

